



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Status

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

uz. R. Accedunt hæc quidem ad naturam propius quam picturæ. Illæ enim videntur tantum, hæc autem & tanguntur, integrumque ac solidum eorum perenni corpus habent, quam ob causam picturæ veterum nullæ usquam cum ad huc innumerales supersint statuæ, unde hæc ætas (vt in multis) ærenæ picturæ inuentrix vult videri, siue quod inuentioi proximum, elegantissima consummatæ limatæque, cum in genere quolibet sculpturæ, cumque in omnibus figuris statuæ longe impari se negare (temeraria quamuis, impudentique) non audeat. Cum præterea pene ars vna, vel si plures, vnius viximus fons artium Graphidem dico, atque ipsæ proculdubio sint coarctæ pariterque floruerint. Si quidem vna ætas & Apellem, & Pyrgotelem, & Lyppum habuit, quod hinc patet, quia hos simul ex omnibus Alexandri Magni rumor maximus delegit, quorum primus cum pingeret, secundus sculperet, tertius fingeret, atque in statuum excuderet, edicto vetitis vniuersis qualibet ingenii artificis subnixus. G. At me statuæ delectant. R. Non te solum aut plebeis comitibus errantem putes, quanta olim dignitas statuarum, quantum apud antiquos clarissimisque hominum studium, desideriumque rei huius fuerit, & Augusti, & Vespasiani, ac reliquorum, de quibus dicere nunc longum esset, & impertinens Cæsarum ac Regum virorumque secundæ ordinis illustrum solers inquisitio & repetarum cultus & custodia & consecratio indicio sunt. Accedit artificum fama, gens non iam aut mutis duntaxat operibus, sed late sonantibus scriptorum literis celebrata, quæ tam magna vixque parua de radice nasci posse non videtur. Non sit de nihilo magnum nomen, magnum esse vel videri oportet, de quo serio magni tractant. Sed his omnibus supra responsum est. Eo autem spectant, vt intelligas quanto nisu oblectam tam veruisto & tam valido sit error. G. Variis delector statuæ. R. Harum quippe artium manu naturam imitantium vna est, quam plasticem dixere. Hæc gypso & ceris operatur ac tenaci argilla, quæ cognatis licet artibus cunctis amior sit virtuti, aut certe minus inimica, modestæ imprimis & fragilitate, quæ magis fictiles quam aureas deorum atque hominum formas probant. Quid hic tamen delectabile? Quid quo cereos aut terros vultus ames non intelligo. G. Nobilibus itatus delector. R. Auaritiæ consilium agnosco: pretium vt auguror non ars placet. Viam tu auream artificii mediocri multos æneis atque marmoreis, multoque maxime placitis præferendam duxeris. Haud inuisale quidem vt se habet existimatio rerum præsens, hoc est aurum a nar, non statuam, quæ vt ex vili materia nobilis, sic puro rudis ex auro fieri potest. Quanti vero tu statuam existimares siue illatam regis Assyrii ex auro sexaginta cubitorum, quam non adorasse capitæ fuit, quamquam hodie multi vltro suam vt facerent adorarent, siue illam cubitorum quatuor quam ex ingenti topazio (mirum dictu reginæ Ægyptiæ factam legis, puto non anxie quæres cuius est artificis, contentus de materia qua siuisset. G. Artificiose oculos delectant statuæ. R. Fuere aliquando statuæ insignia virtutum, nunc sunt illecebræ oculorum. Ponebantur his qui magna gestisissent, aut mortem pro Reipubl. obissent. Quales decretae iunt legatis à Reg. Veientium in terdecis. Quales liberatori Italie Africano, quæ illius magnitudo animi, ac spectata modestia non recepit, quæque post obitum reculare non potuit, Ponebantur ingeniosis, ac doctis viris, qualem positam legimus Vistorino: nunc ponitur diuitibus magno pretio marmora peregrina mercantibus. G. Artificiose placent statuæ. R. Artificium fere omnis recipit materia. Sentio autem te tua hæc omnis delectatio plena sit ingenii, materiamque nobilitas iuncta perficit. Neque hic tamen aurum quamuis Phidiasque conuenient, vera delectatio vlla est, aut vera nobilitas. Fex terræ licet: rutilæ, iuncus, mallei, forcipis, carbones, ingenium, laborque mechanici. Quid hinc viro optabile vereque magnificum fieri possit cogita. G. Non delectari statuæ non possum. R. Delectari hominum ingenii si modeste fiat, tolerabile his præsertim qui ingenio excellunt. Nisi enim obitet luor, facile quisque quod in se amat, in alio veneratur. Delectari quoque sacris imaginibus quæ spectantes beneficii cœlestis admoneant, pium saepe, excitandisque animis vtile. Prophanæ autem est interdum moueant, atque erigant ad virtutem, dum tepentes animi rerum nobilium memoria recalcant, amandæ aut tamen colendæ æquo amplius non sunt, ne aut stultitiæ testes, aut auaritiæ ministræ aut fidei sint rebelles aut religioni veras, & præcepto illi famosissimo, Custodite vos à simulacris. Profecto autem si hic quoque illum aspicias, qui solidam terram, fretum mobile, volubile cœlum fecit, quis non fictos, sed veros, viuosque homines & quadrupes terræ, pisces mari, cœlo volucres dedit. Puro vt Photogenem, atque Apellem, sic etiam Polydetum spernes, & Phidiam.

¶ APOPTHEGMATA.

Alexander, cum multas statuas. Miletæ vidisset eorum qui in Olympiis ac Pythiis vicebant, easque prægrandes: Vbi, inquit, erant tam magna corpora, cum barbari vestram urbem obsiderent? Salsè taxauit illorum stultam ambitionem, & in statuæ tantum positam virtutem, in corde vero humiditatem. *Plut. arch. in apoph.*

Cato senior conspicens multorum erigi statuas: Males enim de quærant homines, quam ob rem Cato non sit statuam, quam quare sit posita. Sentiens, se male res prædicare, collim scientes illum promeruisse statuam, mirantur autem *Plut. in apoph. Plin. lib. de Viris illustrib.*

Scipio Africanus. Corinthiis pollicentibus se illi statuam loco quo erant aliorum imperatorum respondisse, sed ad immales. Sentiens in turba occidit quod addidit. Tamen quicquid est in bello. Id transulit ad statuas armatas. *Plut. in apoph.*

Socrates aiebat se mirari, quod quam statuam amant, mo studio committerentur, vt lapis quam simillimam haberetur, non pariter hoc curarent, ne ipsi lapidibus similes essent. Sunt autem qui putent, Socratem præsertim philosophiæ se se conteret, statuam officem fuisse. *Plut. in apoph.*

Diogenes dicebat bonos viros deorum esse similes, quum sint optimi, naturæ proprium est, bene accere nemini. Hæc imago melius reuertitur in sapientiam quam in fatiis, quum dii sint incorporei. *Laer. l. 6.*

Idem solius est interdum adire statuas, & aliquid dicitur. Demirantibus, cur id faceret: vt confitebamur, inquit, quod si quando ab hominibus non impetro quod peto. *Plut. in apoph.*

Scipio senior, cum Carthagineum iam expugnatum statuæ Deorum Grecanicæ ac monumentis & simulacris omnium referentissimam, per præconem edixit, vt qui statuam videret, agnosceret illa, ac referret domum. De precibus statuam nec libertum passus est quidquam capere, ac ad eum dem, quum alioqui quilibet passum ferrent, agereque. *Plut. in apoph.*

Phaonitium. Eius statuam æream Atheniensis decessit quod Hadriano Cæleri inensissimus fuit. Id postquam in iopho nunciatum est, nihil plane commouit, dicitur: vt statuam creati ab Atheniensibus ærea priuari statuæ, quam hæc statuam Contempsit vir prudentissima statuæ gloriæ vix. *Plut. in apoph.*

Agellatus. Ei cum nationes, quæ tum Græciam inuenerunt, creuissent, in clarissimis quibusque ciuitatibus honoribus viginti scriptis illis hunc in modum: Mei nulla sit imago, neque ficta neque villo alio artificio parata. Negligentiam horum viri prudentissimas, malens insculpi præsertim norum hominum pectoribus. *Plut. in apoph. Laer. l. 6.*

Idem, Cum descendisset ab Ægypto, patriam repetens, plicibus in portu Menelæi dicitur, ac breui post mortem, iis qui aderant, ne quam fictilem aut alias imitarem coronam magnum facerent: Si quod, inquit, præclarum faciendum rit monumentum mei: si minus, ne omnes quidem statuæ sint vilium ac nullius rei officium opera, illustrabam statuam. Quis non miretur in bellatore pectus tam pulchram. *Plut. in Laer.*

¶ SIMILITUDO.

Dionis Nicæi. Quemadmodum inter eos qui in statuam eliguntur, si quis sit indignus magnitudo, eum non in quem electus est, perfungitur magnitudo: Sic & in tempus valere oportet, in quod positus fuit: est autem reliquam sequens tempus *Oratione 37. Corinthiata.*

Status.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Status, Græce *στάσις*, *stasis*, *stasis*, firmus dicitur. *Hebr.* i. status, constitutio officiorum seu ministeriorum. *Hebr.* *hamadh*, stetit immotus, perficit firmiter. Status proprie dicitur ad libertatem vel seruitutem in temporalibus, vel libertatem qua significat immobilitatem & obligationem perferre. *secund. B. Tho. sec. Secund. q. 139. art. 10.*

Status a stas, stas dicitur. Stare autem significat positionem ralem hominis cum immobilitate. *secund. auctorem eundem ibid.*

¶ SENTENTIA PHILOSOPHIC.

De ambiguo statu. Dial. lxxv.

Franc. Petrarch.

Dot.

Ambiguo in statu sum. R. Quid est quæso de quo moriendum mortalibus, an spernenda quæ sequuntur in prosperis spem habendam, an inactiuibiles casus vitandæ

